

Christian Anton Mantzel


**Viro Excellentissimo Consultissimo Domino, Domino Ernesto Johanni Friderico Mantzelio, J. U. Doct. ... Hodie vero utpote die XI. Julii tanquam ibidem Professori Juris Ordinario, In splendida Panegyri habita Oratione Solenni De Stellionata Pontificiorum ... Ex animo gratulari debui volui, Christ. Ant. Mantzel, Jur. Cult.**

Rostochii: typis Nicolai Schwiegerovii, [1730?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1008607525>

Druck Freier  Zugang






Bibl.  
Schol. Cathedr.  
Gustrov.

1836.

Mk-7775<sup>a</sup>  
~~Mk-814~~





Fasciculus  
Actorum Jubilaei,  
ab  
Exhibita in Comitiis Imperij  
Augustana Confessione,  
in  
Academia Rostochiensi  
celebrati,  
Secundi.  
Anno 1730.



*Handwritten text, likely a title or address, including the name 'Abraham' and a date '1730'.*



*Fragmentary printed text from the adjacent page, including words like 'Haupt', 'gehabt', 'derselb', 'Zuffia', 'then u', 'mir w', 'für hal', 'lich sep', 'Bischöf', 'drünge', 'nicht m', 'und ver', 'Beistlic', 'zu vor ei', 'Stoiffet', 'Unser'.*

**VIRO**  
**EXCELLENTISSIMO CONSULTISSIMO DOMINO,**  
**DOMINO**  
**ERNESTO JOHAN-**  
**NI FRIDERICO**  
**MANTZELIO,**

J. U. Doct. hactenus in Rostochiensis Academia Mo-  
 ralium Professori Ord. Celebratissimo,

*Hodie vero utpote die XI. Julii tanquam ibidem*

**PROFESSORI JURIS OR-**  
**DINARIO,**

*In splendida Panegyri habita*  
**ORATIONE Solenni**

*De*

**STELLIONATA PONTIFI-**  
**CIORUM**

*Inaugurato;*

**Fratri meo Germano Honoratissimo, Dilectissimo**

*Hac qualicunque Epistola*

*Ex animo gratulari debui volui,*

**CHRIST. ANT. MANTZEL,**

*Jur. Cult.*

---

ROSTOCHII, typis Nicolaj Schwiegerovii, Ampliss. Senat. Typogr.

23.



**VIR CONSULTISSIME,**

Frater Germane unice, honore pariter debito ac  
Amore sincero, jugiter colende!

**C**um pridem Magnif. Maximeque Reverendus  
Dn. D. WEIDNERUS, Te tunc Juvenem se-  
cundo ut Praeses in publicam Cathedram produceret,  
divina praesagitione ex felici omine prosperum even-  
tum studiorum Tuorum, multum Tibi favens, sat accurata praevi-  
dit, haec ceteris inserens:

Antique qui vertis placitis virtutibus annos,  
Optime Mantzeli, quorsum Tua meta regetur  
Si seni tribuet gravitas adamabile quondus.  
Sic votum Magni hujus Viri in fatum abiit, et sic quidem, ut  
senium Tuum quod olim multis praeterlapsis lustris canescat, anni  
in virili aetate florentes Honorum cumulibus ornati anteverterint.  
Jam

Jam cum Frater meus sis, non licet mihi, quod nec Tua modestia patitur, ut multus sim, de haud vulgaribus ignei Tui ingenii dotibus, jam in pueritia gliscentibus, de indefessa assiduitate, de alacritate in studiis, ad quæ penetrando nunquam calcarium incitamento indigni. Sat esto dixisse a teneris magnam de Te plurimos doctissimos ingeniorum Censores, nec non ipsum Charissimum nostrum Parentem, (nobis ad busta colendum) spem habuisse conceptam. Hanc comitata sunt perpetua vota bonorum, in id calide effusa, ut hic vividus surculus suo tempore in arborem fructu quam plurimo onustam tandem evaderet. Et ego ut ut annis minor, pro captu tamen meo tunc augurans quænam Te fata manerent, prospero successu, semper Fratri frater optima apprecatus, optavi quæ deinde Deo annuente gradatime venerunt. Novigenium Tuum, nimis alta horruisti, nimis exilia despexisti, media placuerunt. Tibi conscius fuisti: ad nimis alta adspirantibus precipitia esse metuenda, et nimis humilia dotibus felicissimi Tui ingenii non convenire; vel proceras arbores procellarum stragi esse obnoxias, vel non ultra nativam humum excrecentes frutices facili negotio conculcari. Sed summo Diribitori omniumque rerum Moderatori visum fuit, Te ultra medium evehere, et in Academia suscepto duplici gradu, in subsellia Doctorum constituere. Per novennium itaque Dei gratia spartam Professoris Moralium perquam belle ornasti, catervatim ad fores ædium Tuarum confluentibus, et ab ore Tuopendentibus Tuarum Lectionum avidis Auditoribus Divæ Astræ Cultoribus, quorum pars per aliquot annos etiam fuit, et nunc denuo sum. Volitarunt hætenus per ora Virum Tua scripta, tot apertorum Collegiorum programmata, editæ tot Bonorum applausu acceptæ Disputationes. Sed meum, uti dictum, non est in laudes Tuas effundi; Loquantur res ipsæ, earumque testimonia.

Hæc Tua civis cognita solertia et hætenus concatenatorum laborum indefesatolerantia, quæ luminis in aprico positi instar, radios occultare nequivit, Tibi jam ad altiora aditum pandit.

Amplissimus enim Rostochiensis Reipubl. Senatus Te Professore Juris ordinarium esse voluit. Proinde hodie in solennissima panegyri, quorumlibet bene cupientium applausu,

*su, habita oratione Sublica, de pellationatu pontificiorum annuente summo Numine inauguraris: Et quidem faustissimo omine: Incidit enim hic actus splendidus in ipsum festum seculare, Jubileum scilicet Christiano Lutheranum, ob in Comitibus Augustanis Anno 1530. traditam invariata nostram Confessionem, in nostra Megapoli, ut in plurimis aliis Provinciis rite celebratum Incidit in calidissimis votis expetitur tempus, quo Serenissimo nostro Principi ac Domino, Domino CAROLO LEOPOLDO Duci Regnanti Mecladium longe Clementissimo in Terras suas felicissimo sidere Reduci, lati occinimus: VENI EXPECTATISSIME! DOMINUS TE NOSTRAM SPEM, NOSTRUMQUE SOLATIUM, IN SEROS POSTEROS SERVET AC TUEATUR.*


*Mearum ergo partium esse duxi, Tibi Fratri dilectissimo, honoratissimo, de novo honoris Tui augmento ex toto pectore congaudere. Scio equidem mihi secundum mores receptos incubuisse ex asciato scripto, singularem materiam continente, Tibi gratulari. Ast cum sciam Te non solum thura offerentes sed quoque mola salsalantem serena fronte admittere, tale quod in aliam mihi reservo occasionem, rogans ut pro tempore contentus sis, si Tibi quævis prospera, vires validas, vitamque felicem in plurimos annos extensam apprecer. Vale ut ipse in votis habes, Academia, Tuis, mihi, ac fave fratri Tuo, Tui amantissimo perpetim,*












chiel, Hosea, Joël, Amos, Obadja, Micha, Nahum, Zephanja, Haggæus & Malachias: quia reliqui libri Biblici præcedentibus annis jam translati prodierant. At Lutherus A. 1530. Coburgo d. 19 Jun. ad Conradum Cordatum, & d. 25. Junii, qui ipse exhibitæ Augustanæ Confessionis dies fuit, ad Nic. Hausmannum in epistolis Collectionis novæ epistolarum Lutheri Buddeanæ n. 125. 128. & p. 107. 110. scribit: *Ego satis valeo DEI gratia & vestris precibus, & licet me Sathan impedierit aliquot hebdomadibus capitis susurro, tamen Hieremiam verti in Germanicam linguam. Restat, ex Prophetis scil. majoribus, Ezechiel, quem aggrediar.* Ergo Daniele ante jam absoluit, qui & hoc ipso anno editus est. Epistola autem Lutheri A. 1530. d. 15. Aug. Coburgo ad Philipp. Melanchthonem data, quæ in Collectione illa sub n. 165. p. 183. seq. & Tom. V. Altenb. f. 248, b. legitur, hæc subministrat verba, in B. J. F. Mayeri Hist. Vers. Lutheri p. 14. etiam prolata: *Ezechielem posui, interim minores Prophetas verto, & in hebdomade illa absolvam. DEO volente, superest enim Haggæus tantum & Malachias.* Ergo Megalander tempore inter d. 25. Jun. & d. 15. Aug. ejus anni interjecto vertit Hoseam, Joëlem, Amosum, Obadjam, Micham, Nahumum & Zephanjam. Sed eodem adhuc anno lucem aspexit Ezechiel. Ex quibus efficitur, B. Lutherum Versionis Bibliorum Germanicæ finem fecisse in autumnio anni 1530.

## §. VI.

Non autem ita versatus est in hoc opere Vir Optimus, ut alii ab eo dictata exciperent, sed Versionem suam ipse mandavit literis, & sua manu scriptam typographis tradidit. Testantur id reliquæ nonnullæ manuscriptorum Lutheri in Bibliothecis cum publicis tum privatis thesauri instar aservatæ. Etenim Pater meus haud parvam Versionis Biblicæ Lutheri partem ejus manu scriptam in Bibliotheca Regia Berolinensi A. 1694. a Bibliothecario h. t. Electorali Ern. Sigism. Crellio, sibi monstrari meminit: quamvis monstrata vere fuisse Lutheri non ut indubitatum affirmare possit, cum



nam omnium  
causa, cu  
verba Prop  
dam esse le  
videtur exp  
XXIX, 13.  
tuta tamen  
& successit  
Ego modo  
rebus mod  
reducere o  
malam part  
insequente  
mille hic du  
prædito, c  
tam altitud  
est promiss

cum Lutheri  
habuerit. M  
louii Præloq  
omnes Prophet  
translationis e  
habeo, easque  
usum esse Typo  
veneratione su  
ne elaboravit,  
redderet; sign  
ret, quibus acc  
gellis quond  
Catalogo Bib  
ter scripta ran  
ti describitur  
Cap. VII. 10.  
paratum. Cum  
v. in hoc antog  
recepta. Hujus  
Henr. Goetz  
cis aservatis  
vimi Mayeri qu  
bravit Joh. Got  
Dissertatione d  
glico, & Latin  
leri verba (u  
quam accurat  
VII. Hosea, c  
ipsum servat  
grasse vero n  
ex Bibliothec  
tinet fragme  
uium & May  
iam alii libri  
Album in Bi